Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

offendiculum; sed timebis
dominum deum tuum, quia ego
sum dominus. Non facies quod
iniquum est; nec iniuste
iudicabis. Ne consideres
personam pauperis; nec
honores vultum potentis.
Iuste iudica proximo tuo.
Non eris criminator nec
susurro in populis; non sta
bis contra sanguinem proximi
tui. Ego dominus. Non oderis
fratrem tuum in corde tuo; sed
publice argue eum, ne
habeas super illo peccatum. Non
queres ultionem; nec memor
eris iniurie civium tuorum.
Diliges proximum tuum sicut
teipsum. Ego dominus. Leges
meas custodite. Ego enim
sum dominus deus vester. Gr. Exalta
bo te domine quoniam suscepisti me
nec delectasti inimicos meos
super me. V. Domine deus meus clamavi
ad te et sanasti me domine abs
traxisti ab inferis animam meam
salvasti me a descendentibus in lacum.
In illo tempore. Lectio sancti evangelii secundum Iohannem.
Facta sunt encenia in Ierosolimis;

et hiems erat. Et ambu
labat Ihesus in templo: in
porticu Salomonis. Cir
cumdederunt ergo eum iudei;
et dicebant ei. Quousque
animam nostram tollis? Si
tu es Christus dic nobis palam.
Respondit eis Ihesus. Loquor
vobis: et non creditis. Opera
que ego facio in nomine
patris mei; hec testimonium
perhibent de me. Sed vos
non creditis; quia non
estis ex ovibus meis. Oves
mee vocem meam audiunt;
et ego cognosco eas, et se
quuntur me. Et ego vitam
eternam do eis; et non peribunt
in eternum, et non rapiet eas
quisquam de manu mea. Pater
meus quod dedit mihi maius est
omnibus: et nemo potest rapere
de manu patris mei. Ego
et pater unum sumus. Sustu
lerunt ergo lapides iudei;
ut lapidarent eum. Respondit
eis Ihesus. Multa bona opera
ostendi vobis ex patre meo; propter
quod eorum opus me lapidatis?